24

XLIII^a. pars. De Celestino papa et aliis incidentibus.

MCCXLI. Gaufredus[a] episcopus Sabinensis in papam eli- a) gaufredus c.
gitur et Celestinus vocatur, natione fuit Mediolanen-
sis, vita et scientia laudabilis, provecte etatis et
quasi semper languens, ideo propter labores officii 79. c.
vixit tantum XVII diebus. // Eo tempore apud Cremo-
nam facta est tempestas maxima, ceciditque lapis
grandis, in quo erat crux et ymago salvatoris, desuper item
quoque litteris aureis erat scriptum: [b] Jesus Naza- b) Jh add. sec. m.
renus rex Iudeorum. Cecidit etiam in monasterio
sancti Gabrielis, et de aqua, in qua liquefactus est,
inunxerunt monachi cuiusdam fratris cecutientis
oculos, statimque clare vidit. // Ipso tempore Tartari
Turchie terram invadunt, in qua sunt fere C civi-
tates exceptis villis et castris, ubi inter cetera
miranda fuisse dicitur monasterium CCC^{tarum}